Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



stea sub dandio iudice excruciati penis: gladio feruntur. Anchiochie: natale sanctorum martirum cyrici. et iulite matris eius: qui post diuersa verbera. et gravia tormenta: martyrium suum aureum obtruncacione capitis compleuerunt. Lugduno: depositio beati aureliani episcopi et confessoris.

Rome: natale sanctorum martirum ducentorum sexaginta duorum: qui positi sunt via salaria veteri: ad diuum ciriaci meris. Eodem die. sancti wolmari confessoris: admirande sanctitatis et religiosi viri. Aureliani: sancti aniti presbiteri et confessoris. xvi kal iuly

Rome via ardiatina: natale sanctorum martirum nereci et achilleii fratrum: qui adhuc fabiano ad stipitem ligati. in pedibus acutos acceperunt et in vinculis et laudibus pseuerantes. lanceis per latera transfixi: cum palma martyrii ad sydera regna migrauerunt. In hispanis ciuitate malaca. sanctorum martirum ciriaci et paule virginis: qui per multa tormenta. lapidibus obruti mitra. laca animas celo reddiderunt. xv kal iuly

Mediolano: natale sanctorum martirum gervasii et prothasii fratrum: ex quibus priorem tam diu iussit astalius comes plumbatis cedi. quousque exalaret spiritum. sequentem uero fustibus celum capite truncari. Horum sepulchra sanctus ambrosius dno reuelante reperit: et ita incorrupta eorum mucenta sunt corpora